V.
62

2251

22 Martij

Illustrissime Princeps ego libenter ad te antea scripsissem, sed prae nimio
pudore ex eo non potui, tunc quia non video profeceram in lingua
latina, tum etiam quia non scite potuerim pingere, proinde putabam
meas litteras tibi non fore gratas. Sed cum Lorichius Secretarius
hac transiret in Germaniam, admonuit me debere pudorem
illum amovere tibi scribendi. Reversus itaque ex Germania, iterum soli
citavit meas litteras ita ~~non~~ ut non intermittere potuerim has illi
dare. Scito itaque Illustrissime Princeps me revalu[i]sse. Ut autem tracto
mea studia puto ipsum tibi dicturum. Interim te quam plurimum
valere cupio et uxorem tuam et omnem tuam familiam. rogo igitur
ut me eo amore et benevolentia prosequaris ut fecisti Datum Lo-
vanii XXII Martij Anno domini 1564.

Tui observantissimus

Henricus de Nassaw.

Koninklijk Huisarchief Den Haag
A 11/XIV A/8-1
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/5599

Illustrißimo Auraicorum Principi Domi:
no Wilhelmo Comiti in Naßau etc. Do
mino et fratri meo gratiosissimo.

XIXXI

Koninklijk Huisarchief Den Haag
A 11/XIV A/8-1
http://www.inghist.nl/Onderzoek/Projecten/WVO/brief/5599